

est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat et pēniteat omnibus diebus vitę suę. Verumtamen communionem in exitu vitę cum eucharistia accipiat. Episcopus vero, presbiter vel diaconus, si hoc crimen perpetrat, degradetur. Item sanctus Augustinus dicit: Si quis laicus per cupiditatem periurat, totas suas res vendat et distribuatur pauperibus et conversus in monasterio servat (!) deo. Et si quis periuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur.

Poenitentiale Pseudo-Beda-Egberti
c. 49, 3 (fol. 38^v)

De periurio scio.

Si quis sciens et voluntariae periurium fecerit, VII annos peniteat secundum canones, qui inscius vel seductus tres quadragesimas peniteat in pane, aqua et sale. Si quis coactus pro vita redimenda, tres quadragesimas et legitimas ferias. Si pro alia aliqua necessitatis causa, III annos, unum in pane, sale et aqua. Qui compulsus a domino suo, si servus, III quadragesimas et legitimas ferias. Qui autem fecerit et alios seduxerit, XII annos districte peniteat secundum canones vel seculum relinquat iuxta Ambrosium et serviat deo secundum Augustinum. Qui ignorans periurium facit, unum annum, qui ignorantem sciens in periurium duxerit, VII annos districte, qui vero suspicatur quod in periurium ducatur, tamen iuret per consen-

est, id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat et pēniteat omnibus diebus vitae suae, verumtamen communionem in exitu vitae cum eucharistia accipiat. Episcopus vero, presbiter vel diaconus si hoc crimen perpetrat, degradetur. Item sanctus Augustinus dicit: Si quis laicus per cupiditatem peiurat, totas res suas vendat et distribuatur pauperibus et conversus in monasterio serviat deo. Et si quis peiuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur.

Hohenaltheim c. 25

XXV. De discretione peiuriorum. Si quis sciens et voluntariae periurium fecerit, VII annos peniteat secundum canones; qui inscius vel seductus, tres quadragesimas in pane, sale et aqua; si quis coactus pro vita redimenda, III quadragesimas et legitimas ferias; si pro alia aliqua necessitatis causa, III annos, unum in pane, sale et aqua. Qui compulsus a domino suo, si servus, III quadragesimas et legitimas ferias; qui autem fecerit et alios seduxerit, XII annos districte peniteat secundum canones, vel seculum relinquat iuxta Ambrosium, et serviat deo secundum Augustinum. Qui ignorans peiurium facit, I annum, qui ignorantem sciens in peiurium duxerit, VII annos districte; qui vero suspicatur, quod in peiurium ducatur, tamen iuret per consen-